



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXXIV. An Ecclesiarum Consecratio iusta sit ac Sancta?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

nobis esse peculiari modo dicitur, velut in templo, 1. Cor. 3. & 6. & 2. Cor. 6. Et in Templo cito exaudit, 3. Reg. 9. Esto ratione, ut et nobilissimæ, locus quoque nobilissimus debetur templorum: teste Basilio l. 2. de bapt. q. 8.

Illud vero, *Intra in cubiculum tuum & ora;* significat vanam gloriam fugiendam, & secundum quietem animi collectoris. Neque unus solum erit locus in monte ad orandum; sed ubique elegit loca Deus. Vnde *Volo viros orare in omni loco*, publico & destinato; aut etiam priuato. Non tamen ut hypocrite illi, qui, Matth. 6. *Amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare.*

IV. S A N C T I S Basilicæ recte conseruantur. Sic Concilia peruetusta; quibus Eustathius damnatus est; ut in Gangreni. Et Carthaginense V. vetat ponit Basilicas, nisi ubi vel est corpus martyris, aut si habitavit, passus fuit. Ita & S. Patres Græci ac Latini. Quid quod Salomonum fuit eretum non solum ad Sacrificia & orationes; sed etiam ad Arcam recipiendam? Paral. c. 17. & 28. Sed maior debetur honos sacris Reliquiis. &c. Plurain Genealog. p. 1. q. 26.

Q VÆSTIO LXXXIV.

*An Ecclesiarum consecratio iusta sit
ac sancta?*

L VTHERO-CAVLINISTÆ communiter reprehendunt, in primis Magdeburg. Cent. 4. c. 6. 1. Templum est situa dedicatio est *xaxoγνα* Iudaismi reduci. 2. Ceremonie quædam in consecratione absurperstitutione magica excusat non queunt. Vt ad XII. crucis cereos accendi XII. scribi per Pedum alphabetum græcum & latizum,

informam crucis decussatae. &c. 3. Templo dedicata habeti ceteris locis sanctiora. Sic & CALVINVS Inst. l. 3. c. 20. §. 30.

A V T O R. Orthodoxi è diametro contraria solidè docemus.

I. DEDICATIO Templorum Sanctæ & iusta est. 1. Ita S. Literæ, in meo Antichristo p. 1. q. 27. 2. Ita Praxis, & Traditio, testibus S. Patribus apud Bell. l. 3. de Sanctis. c. 5. Greg. Nazian. orat. in nouam Domum Dom. De Encenii honorandis lex vetus est, enque præclare constituta. Innumeræ extant Patrum homiliæ encæniaстicæ. 3. Miraculis quoque Deus Encænia illustravit. Ut prosp. part. 3. c. 38. de promissis Dei testatur quod vidit. Sic & S. Greg. Magnus libr. 3. Dial. cap. 30. &c.

II. CEREMONIA Dedicationis sunt castæ & sanctæ omnes ac singulæ. 1. Sic naturæ instinctu, Gen. 26. Iacob vñxit lapidem, locumque nuncupauit Bethel, id est, Domum Dei. Similiter idem Gen. 15. Et Moyses, Exod. 40. Num. 7. aram & vasæ omnia consecravit ex Lege Dei. Et S. Dionysius l. hierarch. c. 6. p. 1. docet inungendas aras esse. 2. Sic & Concilia; & S. Patres. Ceremoniarum vero rationem strictim reddit Bellarm. ubi suprà.

III. S A N C T U M efficitur Templum consecratione. 1. Quia dedicatio id est Dei facit proprium: Vnde sicut, Leu. vlt. *Animal si quis voverit immolari, Sanctum erit:* sic & Templum. Aug. l. 4. contra Cresc. c. 40. Deo parietes consecratos, Ecclesiam venerandam, quasi quadam oblatione creditur resimandam.

2. Quia precibus sanctificatur. &c. 1. Tim. 4. Imò Deus testatur 3. Reg. 9. R. 3. Exau.



Exaudini orationem tuam, & sanctificauis
domum hanc, quam edificasti.

3. Quia Sancta sunt, quae habentur
in templo: 1. *Locus*, Exod. 3. in quo s̄tas,
terra sancta est. 2. *Crux*, imagines
Christi & Sanctorum: 3. Reliquiae
sanctarum. 4. Eucharistiae praesentia; 5.
Angelorum: 6. Deus ipse, Exod. ult.
in nebula post dedicationem Taberna-
culi: Item 3. Reg. 8. Nebula glorie im-
pleuit Dominum Dei.
4. Daemon effugatur: teste S. Greg.
I. 3. Dial. c. 7. &c.

Q V A E S T I O LXXXV.

*Templorum ORNAMENTVS an
sit tolerabilis?*

LUTHERANI perinde ac CALVINIANI
pernegant; & execrantur. Vide in *Ge-
nealog.* p. 1. q. 27. quantis scilicet cum argu-
mentis pugnant, ibidem diffatis ad instar su-
mi. Vs. Scriptura contradicunt iijdem, vi-
dere est in m. o. *Antichristo* p. 1. q. 27.

SVADENT porro istis. 1. Iere. 7. Nolite
confidere verbis mendaci dcentes: *Templum
Dominii, templum Domini.* 2. S. Patres qui-
dam a guuat fastuosos ornatus sumtusque
templorum, & viua coli testius docent. 3.
Ratioque suadet. Nam & Christus docuit
Paupertatem. Et Luxus ille superuacaneus
est: Avocatque à devotione. Viua autem
coornata templo satius est ac sanctius. Hic
cultus in iudicio praedicabitur; fastus ille
condemnabitur.

AUTOR. I. DICO AD I. Iu-
dæi in externo splendore Templi præ-
sumtuose confidebant; ut qui propter i-
psum placerent Deo. Quæ vanitas
est.

AD II. S. Patres arguunt eos, qui-
bus plus cordi est ornatus templi mate-

rialis, quam sui spiritalis. Deinde do-
cent vala aurea debere alienari in necel-
litate: verum prius confringi, ob con-
secrationem. Arguunt iidem profanos
in templis ornatus ac fastum. Et re-
at.

AD III. Christo dicantur templi,
quæ Deo. Et sic semper diues fuit. Quid
autem in humanis est tantum, quod-
gnum Deo quicquam praestes, si pius ab-
sitanimus? Neque superuacanea sunt,
quæ Latræ nostræ signa sunt: Quæ ad-
hibentur vt ædificant nos, & excitant am-
bos; non vt distrahanter. His Zelotis ou-
merces magna nimis, cum Moyse, Davide,
Salomone, Esdra, similibusque Templa-
riis viris.

II. Ex Naturæ dictamine Jacob, Gen.
28. lapidi titulari honorem consecratio-
nis habuit. Ex præcepto Dei Moyse,
Exod. 25. 26. &c. ornauit sumtuose Ta-
bernaculum: Existinctu Dei ac natu-
ræ David, Salomon Esdras, Machabæus
idem egerunt ad illustre religionis ex-
emplum posteritati: Neque unquam cu-
quam seu coelestium, seu terrestrium,
proditur factum istud improbatum di-
splicuisse: Solis hæreticis non probat
Magnum hoc argumentum insignis
commendationis est.

2. Scripturarum vero Spiritui Spir-
itus idem S. Patrum respondet cum ve-
nerando consensu, apud Bell. I. 3. de San-
ctis. c. 6. Ibidemque testata fit ingens
templa cum ornatu permagnifico con-
struentium pietas, multis clara exemplis
atque miraculis. Orbem templis, &
templa ornamentis compleuerunt princi-
pue Constantinus Magnus, Iustinianus,
(excepto quod demum in Monorecta-
rum

